

nicis D E V S dicatur , diritatis atque im-  
manitatis tē terrimæ reus à nobis D E V S  
constituitur. Andr. in explic. Orthodoxa. pag  
292. 293.

34. Audite porrò ipsius Concilij Tridentini Ca-  
nem, nihil minus πελαγιανούται ; qui sic  
habet : Si quis dixerit, sola fide impium iu-  
stificari, ita ut intelligat, nihil aliud re-  
quiri, quod ad iustificationis gratiam  
consequendam cooperetur & nulla ex  
parte necesse esse eum Suæ voluntatis mo-  
tu præparari atque disponi, Anathema sit.  
Sess. 6. & cap. 9. 13. Ianuar. 15. 47.

35. Refert D. August. de hæres. c. 88. Pelā-  
gium in tantum gratiæ divinæ fuisse ini-  
micum , ne diceret. hominem posse o-  
mnia divina mandata facere nulla instru-  
ctum gratia, sed à solis naturæ viribus pa-  
ratum. Hoc ipsum fatetur Andradius Pontificio-  
rum Coryphaeus, locis supra citatis.

36. Idem Pelagius, à fratribus objurgatus, quod  
divinæ gratiæ nihil tribueret : fassus quidem est .  
Gratiam viribus nostris priorem esse; eam  
verò ad hoc duntaxat dari hominibus , ut  
quæ facere per vires proprias iubentur, fa-  
cilius possint implere per gratiam. Vbi illud  
mansit υπερλογον, quod homo etiam sine gratia  
DEI, sed languidius ac difficilius, facere exactè pos-  
sit, quæcumque à D E O præcepta essent.

T S Hoc